

In Nomine Domini amen. Quoniam dignum
 est divinis obsecundare mandatis et veritati tes-
 timonium perhibere. Nos Dei gratia Dux Swan-
 topolcus Pomeranie protestamur cum huius nostris
 nobilibus. Palatino Gnevomiro et Palatino Ar-
 noldo de Swega Wenceslao subcamerario. Vo-
 gen de Goleambe. Waresou Castellano de Lube-
 sou. Vireno Cristac. Siska. Quod frater noster
 Dux Samborius de mera gratia in remissionem
 peccatorum suorum, hospitali sancti Johannis
 dedit villam que Malenino vocatur, jure perpe-
 tuo possidendam. Item protestamur quod jam olim
 preteritis temporibus parentes nostri dederunt vil-
 lam jure perpetuo, que Ihure vocatur. Sed frater
 Samborius noster, quo ductus spirita nescimus,
 bis sine causa predictas recepit possessiones. Et
 cum de patrimonio caularet, fratres hospita-
 lis beati Johannis in quietam restitimus posse-
 sionem jam secundo. Unde ne Acta et
 Nostra vera protestatio noticiam effugiant
 futurorum, presentem, paginam sigilli no-
 stri munimine digne duximus roborandam.
 Actum anno gratie millesimo ducentesimo qua
 O dragesimo

quadragesimo octavo in Slavonia. in die san-
ctorum Gervasii et Prothasii.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]